Fratres. Convenientibus
vobis in unum iam non est
dominicam cenam manducare. Un-
usquisque enim suam cenam presumit
ad manducandum. Et alius quidem
esurit, alius autem ebrius est.
Numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum? Aut
ecclesiam dei contempnitis et con-
funditis eos qui non habent?
Quid dicam vobis? Laudo vos?
In hoc non laudo. Ego enim ac-
cepi a domino quod et tradidi vobis,
quoniam dominus Jhesus in qua nocte trade-
batur accepit panem et gratias
agens fregit et dixit: Hoc est cor-
pus meum quod pro vobis tradetur.
Hoc facite in meam commemoratio-
nem. Similiter et calicem postquam
cenavit dicens: Hic calix no-
vum testamentum est in meo sanguine